nos annunciamus: corripientes om
nem hominem et docentes omnem homi
nem in omni sapientia. Ut exhibea
mus omnem hominem perfectum: in
christo ihesu domino nostro.

[I]n illo tempore: Regressus est ihesus in
virtute spiritus in galileam: et fama ex
iit per universam regionem de illo.
Et ipse docebat in synagogis eorum:
et magnificabatur ab omnibus. Et
venit nazareth ubi erat nutritus:
et intravit secundum consuetudinem
suam die sabbati in synagogam. Et
surrexit legere: et traditus est illi li
ber ysaie prophete. Et ut revolvit li
brum: invenit locum ubi scriptum erat.
Spiritus domini super me, propter quod unxit
me: evangelizare pauperibus misit
me. Sanare contritos corde: predica
re captivis remissionem. et cecis
visum. Dimittere confractos in re
missionem: predicare annum acceptum.
et diem retributionis. Et cum plicu
isset librum: reddidit ministro et se
dit. Et omnium in synagoga oculi: erant
intendentes in eum. Cepit autem dice
re ad illos: quia hodie impleta est hec
scriptura in auribus vestris. Et omnes
testimonium illi dabant: et mirabantur
tur in verbis gratie. que procedebant

de ore ipsius.

[A]dorate deum omnes angeli eius
audivit et letata est syon et exultave
runt filie iu de. [Do]minus regnavit exultet
terra letentur insule
[O]mnipotens sempiterne deus in[fir]mitate
infirmitatem nostram propicius respice
atque ad protegendum nos dexteram tue
maiestatis extende. Per. Christum. [Ad] Romanos.
[F]ratres: Nolite esse prudentes apud
vosmetipsos: nulli malum pro ma
lo reddentes. Providentes bona. non
tantum coram deo: sed etiam omnibus hominibus.
Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus
hominibus pacem habentes. Non vos
metipsos defendentes karissimi: sed date
locum ire. Scriptum est enim. Michi vin
dictam: et ego retribuam dicit dominus. Sed si e
surierit inimicus tuus: ciba illum.
Si sitit: potum da illi. Hoc enim faciens:
carbones ignis congeres super caput
eius. Noli vinci a malo: sed vince in
bono
malum. Timebunt gen tes no
men tu um domi ne et omnes reges
terre gloriam tu

License: cc-by-nc – Exeter, Exeter Cathedral Library, MS/3548B, 3v – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-jrs2/3853/40908)